

12



Einzel  
Vb. 2470

21

89

26

AD.

SOLEMNIA. SECULARIA.

STEPHANEI. HALBERSTADIENSIS.

PRID. CAL. DECEMBR. IPSIS. CAL; ET. POSTRID.

ORATIONIBUS. HABEN-  
DIS. CELEBRANDA.

DEMISSE. ET. OFFICIOSE. INVITAT.

DE,

FATIS. HUIUS. LUDI.

USQUE. AD. ANNUM. SEPTUAGESIMUM. QUARTUM. SUPRA. MIL-  
LESIMUM. ET. SEXCENTESIMUM.

PAUCA. PRÆFATUS.

CHRISTIANUS. GODOFREDUS. STRUENSEE.

REG. A. CONS. SACRIS. ET. STEPHANEI. RECTOR.



HALBERSTADII.

LITTERIS. DELIANIS. MDCCLXXIV.



AD  
SOLFIMIA SECONDA  
STEPHANUS HALBERTALMENSIS  
MAG. CAR. DIGNUS HIER. CAL. ET FORSID.  
ORATIONIBUS HABEN  
DIS CELEBRANDA



DE  
L. A. H. H. U. S. I. U. D. I.  
REGIO AD ANNOU SEPTUAGESIMU QUARTU EORUM III.  
LITTE. M. P. ARGENTINENSIS  
L. A. H. H. U. S. I. U. D. I.  
CHRISTIANUS GODEFRIDUS STRIEVER  
MAG. A. CAR. SAC. C. C. STEPHANI SECTOR

HALBERTALM  
LITTE. M. P. ARGENTINENSIS





Cum ab eo tempore, quo *Schola nostra Cathedralis* instaurata atque innovata est, centum anni effluxerint; sitque usu & consuetudine receptum, ut quibus magno annorum intervallo magnis beneficiis perfrui contigit, beneficiorum memoriam grato animo celebrent: ingrattissimi profecto essemus, nisi beneficiorum divinatorum larga in nos manu a divina liberalitate collatorum memores gratum animum gratulatione publica testatum faceremus. Quod si enim vix quemquam fore putamus ita inhumanum, & alienum a literis, quin lætandum arbitretur, esse hanc bonarum artium sedem & domicilium rara & singulari præstantissimorum, publicæque felicitatis amantium virorum liberalitate ante centum annos conditum & constitutum,





& singulari quadam, tam divina, quam humana cura conservatum, auctum, atque ornatum, ut, a quo tempore condita schola est, majora incrementa ceperit: quo tandem nos animo adfectos esse oportet, qui artium humanarum scientiam profitemur, earumque tradendarum munere exoptatissimo in hoc collegio fungimur? Neque enim modo omnibus nobis, qui in hoc ludo literas docemus, si unum excipias, illud contigit, ut adolescentia nostra in eo formaretur, ut humanitatis initiis in eo imbueremur, ut prima virtutis semina in animis nostris spargerentur, felicitatis denique prima fundamenta in eo poneremus; qua cogitatione his, qui non omni sensu destituti sunt, nihil jucundius, nihil dulcius esse potest; sed etiam ex quo tempore erudiendae juventutis provinciam suscepimus, tot, tantisque beneficiis nos cumulosos esse recordamur, ut quemadmodum hunc singularem DEI amorem satis dignis laudibus concelebremus, vix reperiamus. Quae cum ita sint, mirari nemo poterit, multo minus nobis vitio vertere, quod sollemnia secularia hujus ludi, ob plurimas gravissimasque causas nobis carissimi, celebraturi, his, a quibus schola nostra frequentatur, auctores fuimus, ut hunc scholae nostrae natalem diem jucunde, atque hilariter agere, eumque sibi memorabilem, exoptabilem esse, habendis orationibus declarare in animum inducant. Fecitque eorum tam humanitas, quam quantum huic ludo, in quo finguntur, & ad veram felicitatem instituuntur, debeant, conscientia, ut solito plures sint mecum ad dicendum prodituri:

dituri: ad quos audiendos cum *Reverendissimi, Celsissimi & Perillustres Scholæ nostræ Patroni*, qui pro sua liberalitate hanc nostram sollemnitatem magno & amplo munere, ob quod maximas gratias demisse agimus, ornatiorē facere decreuerunt, tum illi omnes, qui studiis nostris favent, quos scio esse non paucos, scriptione aliqua essent invitandi: ludi nostri literarii historiam, recentiorē præsertim, paucis texendam putavi.

Quod cum facere adgredior; obversantur animo plurimæ maximæque difficultates: ut mihi sit vehementer verendum, ne his legibus, quæ scholarum historiam scripturis latæ sunt, vix ac ne vix quidem possim satisfacere: quæ exigunt non modo, ut earum præcipua fata, & vicissitudines recenseantur, & interna forma perscribatur, sed omnium etiam rerum causæ indagentur & explicentur. Quod quomodo potero præstare in tanta monumentorum certorum penuria, ex quibus, nisi fingere, quam res gestas scribere malis, hæc petenda sunt? Cum enim scholæ nostræ origo sit a nono, imo octavo seculo repetenda, quibus tamquam subsequētib; sæculis raræ fuere literæ, illæ præsertim, quibus quæ in scholis gererentur, consignabantur: nemo, nisi qui admodum iniquus esse volet, ut horum temporum plenam & perfectam historiam repræsentem, postulare posse videtur. Itaque hanc rationem sequar, ut ludi nostri Cathedralis originem & fata

A 2

anti-



antiquiora paucis attingam; recentiora diligentius explicem, atque describam.

Constat, Carolum Magnum pro suo in literas amore, & ut ferarum gentium a se domitarum ingenia mitigaret, easque parentiores haberet, passim in Germania, illis praesertim partibus, quae ab eo erant expugnatae, scholas aperuisse. Maxime in Saxonia inferiore, & Westphalia, quas non semel rebellantes, maximo labore, maximaque vi tandem subegerat, octo Episcopatus condidisse putatur; in Westphalia quatuor, Osnabrugensem, Paderbornensem, Monasteriensem & Mindensem; in Saxonia inferiore totidem, Bremensem, Verdensensem, Hildesimensensem & Halberstadiensensem: eo consilio, ut non modo veram veri DEI colendi rationem gentes devictae docerentur, sed etiam qui admoveri muneri sacro aliquando posse videbantur, ceterisque, qui literarum amore ducerentur, humanioribus literis instituerentur. Sed hic magnus exoritur doctorum virorum, qui has res vetustate obrutas & sepultas vestigandas putaverunt, dissensus. Neque enim tantum de anno conditae Halberstadiensis episcopalis sedis dissentiunt, sed sunt adeo, qui utrum a Carolo Magno Halberstadii episcopus constitutus sit omnino dubitant: quorum auctoritates clarissimi & doctissimi viri Sam. Lentzius, & B. Caspar. Abelus magna diligentia recensuerunt.



Non est meum, cum utriusque gravissimis testimoniis nitentur, utri verum viderint pronunciare. Ceterum nisi vehementer

ter



ter fallor, dissensus hic componi & conciliari posse videtur, si scholastici ludi origo a Cathedralis collegii ortu distinguatur. Missos esse huc doctos viros a Carolo Magno qui doctrinæ, salutaris, & humaniorum literarum ope barbariei tenebras discuterent, & ferocia ingenia cultiora & tractabiliora redderent, vix dubitari posse videtur, cum non modo clarissimi Imperatoris consuetudo, & lucis evangelicæ propagandæ ardentissimum studium id verosimile faciat; sed plurimorum auctoritates, quas prorsus repudiare, aut in dubium vocare, nisi iniquissimi esse volumus, vix possumus, id diserte adfirmant. Rursus vix videtur negari posse, quod vir doctissimus, Sam. Lentzius invictus argumentis demonstravit, Halberstadiensem episcopatum a Ludovico Pio, Caroli Magni filio demum esse erectum. Quamobrem sic existimo: esse Caroli M. iussu, saltem auctoritate, scholam Halberstadii apertam: quæ constituendæ Ecclesiæ Cathedrali Ludovici Pii temporibus occasionem dedit: quemadmodum ab Ottone M. Magdeburgensē monasterium in Archiepiscopatum conversum esse scimus. Ex quo consequeretur: esse scholam hic institutam ipsa episcopali sede, cuius curæ deinceps commissa fuit, antiquiorem.

Quæ autem hujus literarii ludi forma fuerit? Quæ ratio? quid sit in ea traditum? & quomodo? tacentibus literarum monumentis non audeo pro certo adfirmare. Si ex his, quæ in aliis



ludis eo tempore tractata esse dicuntur, de nostro licet iudicare: præclare eum constitutum fuisse, verosimile est. Fuere enim Caroli Magni temporibus, quemadmodum fide digni scriptores affirmant, (a) in monasteriorum, aliorumque collegiorum sacrorum scholis doctissimi viri, qui, præter disciplinam sacram, latinam linguam, græcam, interdum etiam hebraicam, quid? arabicam, cum arithmetica, astronomia, aliisque artibus discendi cupidus propinarent. Quod si verum est, Halberstadiensem ludum iisdem bonis gavisum fuisse non dubitamus. Etsi enim simile non sit, omnes omnino ludos tanta literarum luce effulsisse: tamen, cum Halberstadiensis diœceseos ambitus fuerit amplissimus, huiusque sedis magna dignitas, magnus splendor; cum reliquæ sedes Episcopales, Paderbornensis, Hildesimensis, Osnabrugensis eodem tempore institutæ, literarum laude floruerint: quis sibi persuadeat, Halberstadienses solos cunctatos, & se ab aliis superari passos esse: præsertim cum doctissimum sua ætate virum Haymonem, qui multis locis docuerat, Rectorem habuerint, qui profecto suæ dignitatis non esse putavit, cum ipse alios literarum scientia & amore longissime præcurreret, ludum suum literarium ab aliis superari.

Sed ob quam causam ludum Cathedralem Halberstadiensem initio floruisse persuasum habemus, ob eandem causam hunc florem

(a) Vid. Herm. Conringii antiquitates academicas.

rem parum diuturnum fuisse, sed cito flaccescentem decidisse iudicamus. Factum est enim in omnibus, tam monasteriis, quam aliis sacris collegiis Carolingicorum ævo institutis, ceterisque omnibus, ut subsequenter seculis, quæ ob eam rem *obscura recte* nominantur, pristinum splendorem, literarumque amorem tantum non omnem amiserint. Auctis enim opibus, quarum amore nimium facile hominum animi capiuntur, libidinibus & luxuria, quæ fere illarum filia esse solent, invalescentibus, accidit, ut non modo sic dicti Canonici, sed Monachi etiam, ruptis vinculis, a ceteris se sejungerent, & pristina severitate exuta, libidine, otio, & turpissimarum rerum amore diffunderent. Ex qua re illud non consequi non potuit, ut scholarum cura, mollitie fractis & perditis hominibus nimium molesta, omnis abjiceretur: adeo quidem, ut qui supererant sic dicti *scholastici*, quibus scholarum cura erat commissa, instituendi laborem a se in alios amoliti, commoda & emolumenta, quæ pro eo labore tribui solebant, consumerent, soloque nomine essent contenti. A qua peste etiam cathedralem nostram scholam tentatam atque vastatam fuisse vix possum dubitare. Præterquam enim quod prodigii instar fuisset, si in tanta omnium corruptela hoc unum collegium integrum & incolume mansisset, videor mihi, cum carpentariis, cocis, pratorum custodibus, lotricibus, cerevisiam portantibus, aliisque multis il-liberalibus operis *præbendæ* minores, sic adpellantur, tributæ sint,


fint, in eos autem, qui scholis præfici solent, nil omnino redundarit: non sine ratione colligere posse, fuisse scholam Cathedralē aut prorsus extinctam, aut certe admodum neglectam, & contemptam. Atque in hoc statu multa mansisse secula videtur.

Sub seculi decimi quinti fine, decimi autem & sexti initio schola Cathedralis, quæ ante illud tempus tantum non prorsus exanimata languisse videtur, singulari liberalitate Balthasari de Neustadt, collegii Cathedralis Præpositi, paullulum refocillata est. Hic enim præstantissimus Vir, qui opibus suis tam ad sublevandam multorum egestatem, quam ad ornandam aedem sacram, quæ ipsi coronam maximam æneam supra sepulcrum ejus suspensam debet, utebatur; in scholam etiam singulari munificentia fuisse prædicatur: ut, nisi ille fuisset, cathedrale Collegium ludo literario hoc tempore omnino cariturum fuisse videatur. Neque tamen illa antiquum vigorem recepisse videtur; cum Hamelmannus, qui historiam renati Evangelii in civitate Halberstadiensi scripsit, diserte affirmet: fuisse illo tempore, etsi a Balthasaro, cujus modo mentionem fecimus, ad bene instituendam scholam celebria stipendia fuerint ordinata, in Ecclesia Cathedrali idoneam nullam Scholam, eamque ob causam Senatū Halberstadiensem de condenda nova cogitasse. Cum hoc seculo revocata Lutheri opera sanior Christi disciplina, qua tamdiu carendum fuerat, cum plurimis aliis rebus,

rebus, tum præsertim etiam scholasticæ innumerabilia bona attulisset: multæque urbes, a quibus recipiebatur, novas aperirent scholas, & quæ essent, insigniter emendarentur, quod in monasterio Joanneo præsertim animadverti potuit, in quo Eberhardi Widenfêhe opera literarum lætissima seges ita effloruit, ut ad eas discendas ex remotis locis concurreretur: ad scholam nostram Cathedralẽ nihil inde boni redundare potuit; cum sacrorum emendatio tam fuerit Collegio Cathedrali invisã, ut Balthafaro Meistorfio, quem eo tempore scholam rexisse constat, propterea quod pueros Evangelium doceret, ad quod audiendum alii etiam ex adultis ad portam scholæ confluerant, munus abrogaretur; quem quidem Senatus cupidissime receptum scholæ a se institutæ præfecit, etsi eum propter infestissimum Canonicorum odium diutius retinere non potuit. Erat enim Episcopus ipse, Albertus, Marchio Brandenburgensis, Romanæque aulæ Purpuratus, idemque Moguntinæ & Magdeburgensis dioceseos sacrae antistes a vera doctrina alienissimus. Cujus exemplum præfecti ejus & Collegii Cathedralis sodales ita sunt secuti, ut oblatam Evangelii lucem non ipsi modo aspernarentur, sed eos etiam, qui ea collustrari volebant, acerbissime vexarent, & infestissimo odio persequerentur. Quod egregii illi & fortissimi viri, qui eo tempore in urbe nostra perspectam a se divinæ doctrinæ vim & utilitatem aliis commonstrare maximo studio contendebant, cum maximo suo dolore

B

sunt



funt experti. Joannes enim Wiffelius, Henricus Gefferdes, Eberhardus Wiedensehe, Valentinus Mustæus, ceterique, qui senatu vocante ab Anno cIo Io XXI. puriorem doctrinam profitebantur, tanto odio ab Episcopi præfectis, & Collegio Cathedrali sunt exagitati, ut solum vertere levissima pœna fuerit: Mustæus enim indignissimo si nul & crudelissimo supplicio, quod pudor fileri jubet, ab illis est adfectus. Cum quadragesimo hujus seculi anno ordines grandi pretio Evangelium profitendi facultatem ab Episcopo impetrassent, cautum autem esset, ut sodalitatibus religiosis veterem sacrorum morem retinere liceret, Cathedralis schola eorum commodorum, quæ in Martinianam, & Joanneam scholam ex Evangelii disciplina redundarunt, expers mansit: quæ quidem ne illo quidem tempore, cum Henrico Julio, Episcopo, auctore, Collegium Cathedrale saniolem doctrinam sequi coepisset, recreata est, aut ex caligine, qua obruta erat emerfit; ob eam causam arbitror, quod duabus scholis in urbe non maxima florentibus, terra non opus esse, vere, si quid judico, existimatum est. Neque meliori fortuna seculi subsequenti maxima parte usa est. A cujus initio cum gravissimæ turbæ per totam Germaniam essent exortæ, mox autem funestissimum tricennale bellum, quod non paucis præclare constitutis scholis vastitatem & interitum attulit, exarsisset, mirandum non est, præsertim cum duo Episcopi impuberes essent, is autem, qui his succedebat, Christianus, Brunsvicensis,

census, nil tam, quam arma, bella, & turbas, quæ literis inimicissima sunt, in deliciis haberet, turbulentissimis his temporibus scholæ emendandæ, augendæ, ornandæ, curam conquiesse, quam pauci pacatissimis temporibus, & in summo otio suscipiendam putant. Ardente lugubri bello, cum imperatoriis armis misera patria pluribus annis oppressa esset, & exhausta: collegiumque Cathedrale, ut mitiorem haberet imperatorem, anno hujus seculi XXVII. ejus filio summi sacrorum antistitis munus obtulisset, nec ille repudiasset, tantum abfuit, ut, quod sperarat, consequeretur, ut ipsi sacerdotiis suis exuerentur, antiqua sacra restituerentur, & purior religio ex sodalitiis sacris prosciberetur: quo tempore Jesuitæ scholam Cathedralē invaserunt, in aula Petrina Collegium condituri, nisi a Suecico Rege, Gustavo Adolpho, imperatoris opibus fractis, fines nostri ab oppressione Suecorum adventu fuissent liberati, & Jesuiticum regnum, & impotentia sublata. Quo factō, restitutis Canonicis etiam Cathedralis schola reddita est: quæ tamen, quemadmodum paulo infra ostendetur, summo languore marcuit, donec tandem anno hujus seculi septuagesimo quarto, *Reverendissimorum Patronorum*, quorum curæ ab Electore Brandenburgensi, cum ex pace Westphalica, harum terrarum administrationem, solemnī pactione interposita, susciperet, unice permīssa fuit, singulari studio, liberalitate & munificentia, non tam recreata est, & refocillata, quam nova vita donata. Ita enim mu-



tata sunt omnia, aucta, ornata, ut, si omnia probe expenduntur, de integro potius condita sit, quam renovata, aut emendata.

Fecit autem afflictissimus Schola status, ut de recreanda ea sibi serio cogitandum Reverendissimi & sapientissimi scholæ nostræ statores putarent. Qui quam funestus fuerit ex scripto cognosci potest, quod anno MDCLXXI, die VI. Octobr. cathedrali Collegio oblatum ejus jussu exaratum esse videtur: ex quo pauca excerptam. Commemorata incredibili discipulorum, cum schola tres ordines aut haberet, aut saltem habere deberet, infrequentia, quæ tanta erat, ut, quoties aut funus ducendum, aut cantu elegantiori sacra publica distinguenda erant, ex aliis scholis pueri, non sine capituli dedecore, sic autor ait, petendi essent, rationem exponit & modum, quo huic malo occurri & subveniri posse putabat. Et cum homines sumptuum magnitudine ab exsequendis salutaribus consiliis deterreri soleant, non maximis opus esse ait: dummodo enim scholæ classibus idonei viri præficiantur, emendationem facilem fore, hisque alendis & sustentandis majorum liberalitate satis esse provisum; cum Rectori centum Joachimici iufficiant, cantori & tertio Collegæ quinquageni. Eodem tempore auctor Reverend. Collegium hortatur, ut, quo certos habeat schola alumnos ad canendum idoneos, & paratos, duodecim pueris cerant enim beneficiis invitandi homines, ut hanc scholam frequen-

frequen-



frequentare vellent, ita erat desperata, imo propemodum deposita) victum quotidianum, vestitum, & hospitium sufficiat: quod consilium ut adprobet, iterum sumptus vehementer imminuit, spem etiam facit, fore ut ex Vicariis multi de his rebus discentibus prospiciant, suadetque, ut sub Scholastro sacrorum ministris curam committant, & annua examina institui jubeant: scriptum ita concludens. - Cum pium consilium primæ institutioni conveniat, legesque & statuta, in quæ jurent capitulares, id exigant, divini honoris studium poscat, magnaue præmia expectari, forte etiam aliquorum mens erogandis talibus sumptibus pacari posse videatur, se non dubitare, quin, quod ex animo cupiat, res sit effectum habitura. - A quo hoc scriptum sit compositum ex literis nominis initialibus M. G. H. exputare non potui: cum autem in diplomate, mox subjiciendo, quo scholæ restitutio decreta est, eandem literarum formam, eosdem ductus animadverterim, eum ab epistolis *Reverendissimi Cathedralis Collegii* fuisse verosimile mihi videtur.

Neque enim multo post solemnī decreto sanxerunt munificentissimi scholæ nostræ patroni, velle se ejus causam suscipere, collapsam restituere, imo multo ornatiorē atque auctiorē, quam antea unquam fuisset, reddere: cujus decreti cum ex tabulario mandatu Rever. Capit. copia mihi facta sit, illud hic subjicere non





alienum putavi: cum quam pie, quam religiose, quam munifice præstantissimi illi viri in hoc negotio versati sint, ex eo luceat.

*Zu wissen. Demnach Wir das Dom-Capitul der hohen Stifts-Kirche zu Halberstadt bey uns im schuldigen Nachsinnen wohl erwogen, wie daß unsere gottseelige Vorfahren, nachdem von dem glorwürdigsten Keyser Carolo M. für etlichen Seculis hiefiges Stift wohl fundirt, ein grosses und ansehnliches zur erhaltung der Kirchen und Schulen von ihrem eigenthümlichen Gütern aus christlicher Deuotion und Liberalitaet beygetragen, die jaehrlichen Reditus verbessert, und eine geraume Zeit in Stand dadurch gesetzt, und erhalten. Nachdem aber der gerechte Gott unserer Sünde und schweren Uebertretung halber das langwierige, und nunmehr bey 50. Jahr continue entstandene und beharrende Krieges-Wesen in dieses unser Vaterland geschicket, dadurch denn die prouentus annui und was ad pios usus obgedachter Massen verordnet gewesen, sehr abgenommen, und geschmaelert, darunter auch die Kirch- und Schule dermassen mit gelitten, daß die behufigen Sufstitutionis media für die Kirchen- und Schuldiener, auch arme Knaben und Scholaren nicht herbey geschafft, und fast die Gebaeude nicht in gebührenden esse erhalten werden koennen: So haben Wir capitulariter erwogen,*

wogen, daß unser Status und Gewissen solches von uns erfordere, geschlossen, und uns wohlbedaechtiglig dahin vereiniget, daß Wir unsere zerfallene Dom-Schule, gleichwie beym Chor Unlaengst auch geschehen, an Gebaeuden, Schulbedienten, und annehmung gewisser Schüler wieder anrichten, und den vorigten dazu absonderlich destimirten mediis von unsern Capitular- und Aemter-Gesaellen ein erkleckliches zuschieffen, absonderlich ein convictorium von 12. Knaben, so den Chor in musicis perfect halten und bestellen koennen, anrichten und Fahr ein und aus erhalten wollen, setzen demnach, schliesfen, und verordnen hiemit und Krafft dieses, daß die besagten Zwölff Knaben durch einen absonderlichen Speise-Meister, nach vorgeschriebenem Model, so im Convictorio aufgebaenget und darüber von uns jedesmahl gehalten werden soll, alimentirt, denensellen auch so viel Tuch als zu einem Kleide noethig ist aus des von Britzkens Weiland Dom-Dechantens sehl. Testament Jaehrlich gereichet, die stipendia so irgends bey dem Domstift noch vorhanden hinkünftig denselben als alumni Reuerendissimi Capituli Cathedralis vor andern goeignet, und auf gewisse Jahre ausgefolget werden sollen. Und ob zwar für jezo und zu Anfangs diese behufige Subsidia von unsern portionibus ordinariis zu nehmen, so koennen doch dieselbe hienachst anderwaerts gehoben, sonderlich wenn die jetzigen possessores der

Commen-



*Commenden und laical praebenden (so vor alters hiezú eigent-  
lich deputirt) versterben, incorporatione facta dazu angewen-  
det und diese unsere gutmeinende intention dadurch verbessert  
werden, wozu der Allerhoechste seinen seegen und gedeyhen  
vaeterlich verleyhen wolle. Zur Urkund u. s. w.*

Dabo hic nomina excellentissimorum virorum, qui eo tem-  
pore in collegio Cathedrali floruerunt: PHILIPPUS LUDOVI-  
CUS a SPITZNASE, Decanus, JOANNES FRIEDERICUS a  
DEUTSCH, Senior, JOANNES LEVINUS a BENNIGSEN,  
Scholaster, JO. FRIEDER. ab ARNSTEDT, JO. BERNHAR-  
DUS ab ASSEBURG, ENGELHARDUS a NIEHAUSEN, JO.  
ADRIANUS a WENDT, PHILIPPUS FRIEDER. a SCHLITZ,  
cognomine GOERTZ, LUDOLPH a ROESSING, CARO-  
LUS CHRIST. a DEUTSCH, CASPAR. LEVINUS a BEN-  
NIGSEN, FRIEDERICUS Comes de LIPPE, ANTON. AL-  
BERTUS ab EBERSTEIN, FRIEDERICUS CHRISTOPHO-  
RUS a MUNCHHAUSEN, HENNING LEOPOLD a NEIN-  
DORFF.

Horum consilium initio videtur fuisse, quatuor ordinum lu-  
dum aperire: de quibus rite constituendis ordo philosophicus  
Helmstadiensis consultus est; ex cujus responso pauca excerpam.

Pri-

mum monet, ne, cum quatuor modo ordines scholæ sint, Reverendissimum autem capitulum, plus quam vulgarem scholam aperire velit, infantuli recipiantur, prima literarum elementa docendi: si tales arceri omnino non possint, esse tamen in infimo ordine contendendum, ut a pueris tam nominum quam verborum flectendorum ratio teneatur, & adjectivum nomen cum substantivo conjungi possit. Secundo, contra Professorum academicorum consuetudinem, diligentissime præcipiunt, ne gravioribus artibus justo citius discentes initientur. Tertio suadent, ut summa diligentia hunc ludum frequentantes latinis literis instituatur: Græca enim vix attingunt; & Ebraicarum nulla prorsus fit mentio: stilum contra tam in soluta quam in ligata oratione diligentissime exerceri jubent. In primo ordine non nihil graviorum artium additur, ita ut summis tantum labris eas delibari velint. Ex qua lectionum descriptione, quæ multa habet, quæ non probari nequeunt, facile adparet, mirandum non esse, veteres, cum in una latina lingua addiscenda unice elaborarint, eam melius calluisse, quam nostra ætate, qua multo pluribus rebus animus distinetur, fieri solet. Lectiones ipsæ sic erant descriptæ. In infimo ordine in Donato addiscendo unice sudabant pueri, pauculis horis exceptis, quibus Mercurii & Saturni diebus, *quo sacris suis constet locus*, sic ajunt, catechismus patrio sermone erat inculcandus. In tertio, in quem recipiebantur, qui adjectivum cum substantivo

C

utcumque

utcunque copulare poterant, & cujus finem esse volebant stilum & compositionem (verbis utor auctorum) in prosa & ligata, Rhenii Grammaticam ita explicari volebant, ut nominum, verborumque cognitio, syntaxis nuda & figurata cum prosodia tractaretur, epistolæ autem Ciceronis minores, Erasmi Colloquia, Buchanani Psalterium & Comenii lanua legerentur. Quod quomodo ab his pueris, qui ex infimo ordine in hunc transducebantur, aut omnino, aut utiliter fieri potuerit, quorum summa scientia esset, substantivo adjectivum jungere, vix adsequor. Secundo ordini propositus erat ornatus oratorius, & poëticus, e Ciceronis epistolis selectoribus, & orationibus, Cæsare, Livio, & rhetorica Vossii petendus, cujus præcepta diligentissime memoriæ mandari volebat. Quæ omnia in primo ordine sic perficienda, ac perpolianda erant, ut discentes carmina, orationes, & epistolas scriberent; Ciceronis autem orationes, & officia, Virgilium, Curtium aliosque auctores veteres diligenter legerent, Historiæ, Geographiæ & Chronologiæ luce collustrandos. Attingenda etiam ethica erat, logica, physica & politica, ita tamen ut rhetorica præ ceteris diligentissime tractaretur. Quantum græcis literis & Theologiæ tributum sit, non invenio.

Cum autem *Reverendissimi Patroni* quatuor ordinibus hæc vix expediri posse facile intelligerent: quintum addiderunt. Est utique  
 ejus

ejus temporis singularis liberalitas & munificentia vehementer admiranda, quæ angustioribus limitibus se contineri passa non est, sed in latiore campum effusa, ampliora omnia & auctiora fecit. Cum enim is, qui Reverendissimum Collegium de emendanda schola primus monebat, tribus ordinibus contentus esset: gravissimus ille confessus in quatuor eam distribui voluit: quibus quintus continuo additus est, consilio & auctoritate Reverendissimi CHRISTOPHORI a MUNCHHAUSEN, CHRISTIANI GUILIELMI, scholastri nostri, cujus immortalia in scholam nostram merita nulla ætas unquam obliterabit, parentis; qui cum FRIEDERICO PHILIPPO a SCHLITZ, scholæ curator eo tempore fuit, persuadentis, ut S. Thomæ vicaria in unum ex collegis conferretur, cum quinti collegæ reditus concessa alia vicaria essent aucti. Iisdem his temporibus ædes illæ, in quas discendi causa nunc convenitur, extructæ sunt, commodissimo sane loco, hoc præsertim tempore, quo additis collegarum ædibus, ab omni strepitu, quo studia & diligentia discipulorum turbari possent, sunt remotæ.

Sic ante centum annos Stephaneum nostrum de integro conditum potius est, quam renovatum: novamque prorsus formam induit. Ex eo tempore ita stetit, ut magis atque magis effloresceret: nec modo docentium, discipulorumque numerus, adfluentibus exteris non paucis, augetur, sed ea etiam, ex quibus de scholarum præstantia judicari solet, cumulatiora & auctiora fierent: Reverendissimis Patronis vetera beneficia novis cumulantibus, inque

eam rem studiosissime incumbentibus, ut huic ludo tales magistros præficerent, qui consulere illi vellent, & possent. Habebam in animo de his rebus hoc programmate accuratius agere: sed cum paginarum, temporisque angustis, laborumque multitudine prohibear, in aliud tempus consilium differre cogor. Hoc tempore REVERENDISSIMOS SCHOLÆ NOSTRÆ PATRONOS, omnesque, qui studiis nostris favent, demille, & officiose rogo, ut secularibus solemnibus haud gravate interesse, dignitatemque illis & splendorem sua præsentia adferre in animum inducant. Illucescet autem secularis lux proximo Mercurii die, S. ANDRÆ sacro, prid. cal. Decembr. quo ante meridiem post sacra publica secularia, in templo Cathedrali peragenda, oratio a me habebitur de meritis *Reverendissimi Scholastri CHRISTIANI WILHELMI a MUNCHHAUSEN, & JOANNIS HENRICI PRIELMAYERI, Con-Rectoris* olim, in scholam nostram singularibus. Post meridiem tam hoc die, quam insequentibus duobus, adolescentes ad dicendum prodibunt: qui, quo ordine, & de quibus rebus sint verba facturi, patrio sermone indicabo.

Am 30ten Novemb. des Nachmittags nach 2. Uhr



wird

1. Jacob Christoph Samuel Baldamus, aus dem Mansfeldschen, der 2ten Ordnung, in deutschen Versen um ein geneigtes Gehör bitten.

2. Johann



2. Johann Friedrich Riese, aus dem Westphälischen, der 1ten Ordnung, handelt in einer lateinischen Rede vom Jubel-Fest der Juden, und den Sacris secularibus der alten Römer: worüber
3. Johann Christian Kanter, aus Helmstedt, der 1ten Ordnung, Johann August Gebhardi, aus Mansfeld, und Johann Christian Hertel, aus Halberstadt, beyde der 2ten Ordnung, sich unterreden werden.
4. Carl Friederich Struensee, aus Brandenburg, der 1ten Ordnung, zeigt in einer deutschen Rede, daß unsere Schule Ursache habe, ein Jubiläum zu feyren.
5. Johann Bernhard Otto, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, dankt GOTT, für die unserer Schule erwiesene Wohlthaten, in deutschen Versen.
6. Heinrich Matthias Friederich Pbeling, aus dem Halberstädtchen, der 1ten Ordnung, zeigt in einer lateinischen Rede, daß jeder Menschen-Freund, und insonderheit die Großen, Ursache haben, für die Verbesserung der Schulen zu sorgen.
7. Johann Christian Augustin, aus dem Halberstädtchen, der 1. Ordnung, wird die Verdienste Carls des Großen um die Schulen, in einer deutschen Rede vorstellen.
8. Christian Ludwig Stubenrauch, aus Ostfriesland, der 1ten Ordnung, wird diesen Fürsten in deutschen Versen besingen.
9. Friedrich



9. Friedrich Ludwig Carl von Stedern, aus Halberstadt, beweiset, Friedrich II. der Große verdiene diesen Namen vorzüglich, in einer französischen Rede.
10. Carl August Weißbeck, aus dem Halberstädtischen, der 1ten Ordnung, zeigt in einer deutschen Rede den Einfluß der Denkung-Art eines Volks auf die Erziehung und die Schulen; und umgekehrt.
11. Ernst Ludwig Pauli, aus Magdeburg, der 1ten Ordnung, handelt von den ersten Schulen in Deutschland, wozu die christliche Religion Anlaß gegeben, deutsch.
12. Christoph Carl Mertens, aus dem Hildesheimischen, der 1ten Ordnung, sucht die Vortheile der Erziehung in den Klöstern in einer deutschen Rede zu zeigen, worauf
13. Johann Gottlieb Bäsell, aus Lenzen, in der Priegniz, der 1ten Ordnung, das nachtheilige in der klösterlichen Erziehung vorstellt, deutsch.
14. Valentin Benedict Braune, aus dem Halberstädtischen, der 1. Ordnung, handelt in einer griechischen Rede von der Erziehung der Perser und Lacedämonier, worüber
15. Friedrich Ferdinand Gottschalck, aus dem Halberstädtischen, der 1ten Ordnung, Heinrich Carl Gratenauer, aus dem Magdeburgischen, der 1ten Ordnung, und August Wilhelm Dieterich, aus Halberstadt, der 2ten Ordnung, sich unterreden werden.

16. Andreas

16. Andreas David Thormeyer, aus Oscherleben, der 1ten Ordnung, redet von der Erziehung bey den Römern, deutsch.
17. Johann August Struensee, aus Brandenburg, der 1ten Ordnung, preist die Wohltäter der Schulen in deutschen Versen, nach welchem
18. Johann Heinrich Bernhardt, aus dem Magdeburgischen, der 2ten Ordnung, für geneigtes Gehör an diesem Tage Dank sagen wird.

Am zweyten Tage, den 1ten Decemb.

wird

19. Philipp Carl Riediger, aus Berlin, der 1ten Ordnung, von den gekrönten Häuptern Europens vor 100. Jahren französisch reden.
20. Gottfried Wilhelm von Bennigsen, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, von der glänzenden Laufbahn, auf welcher sich der große Churfürst Friedrich Wilhelm 1674. befunden, deutsch.
21. Johann Friedrich Schlegel, aus Blandenburg, der 1ten Ordnung, von dem veränderten Gleichgewicht der Mächte Europens seit 100. Jahren, französisch.
22. Friedrich Heinrich Siebmann, aus der Mittel-Mark, der 1ten Ordnung, von dem Zustande, worinn sich die Mark Brandenburg vor 100. Jahren befunden, deutsch.
23. Leopold Ludwig Heinrich Grashoff, aus Halberstadt, der 1ten  
D Ordnung,


- Ordnung, vom Wachsthum der Brandenburgischen Macht seit 1674. französisch.
24. Christian Valentin August Friedemann Freyherr von Cornberg, aus dem Westphälischen, der 3ten Ordnung, August Friedrich Schöpfer, aus Halberstadt, der 3ten Ordnung, und Carl Johann Georg von Siegrodt, aus Schlessen, der 4ten Ordnung, unterreden sich über den Inhalt der französischen Reden, teutsch.
25. David August Hofmann, aus Petersburg, der 1ten Ordnung, zeigt in einer deutschen Rede den Wachsthum Rußlands seit 1674.
26. Friedrich Clamor Moritz Freyherr von Cornberg, aus dem Westphälischen, der 3ten Ordnung, die Veränderung im Soldatenstande, deutsch.
27. Friedrich Heinrich Abel, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, untersucht, ob sich die Welt verschlimmere.
28. Christoph Friedrich Bock, aus dem Hannöverschen, der 1. Ordnung, beschreibt den Zustand der Gelehrsamkeit vor 100. Jahren, französisch.
29. Joh. Just Christian Grahn, aus dem Magdeburgischen, der 1ten Ordnung, redet von dem Zustande der Philosophie vor 100. Jahren, und ihrer Verbesserung durch des Cartes, deutsch.
30. Heinrich Rudolph Cherubim, aus dem Magdeburgischen, der 1ten Ordnung, beschreibt die Beschaffenheit der Religions-Parthey vor 100. Jahren, deutsch.
31. Christian

31. Christian Heinrich Peter Altersleben, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, zeigt wie sich die Welt, in Absicht auf die Toleranz, gebessert, deutsch.
32. Johann Ludwig Schwarz, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, beschreibt in deutschen Versen die Abscheulichkeit des Verfolgungs-Geistes.
33. Georg Ludwig Pauli, aus Berlin, der 1ten Ordnung, redet von dem Wachsthum der Freygeisteren seit 100. Jahren, deutsch.
34. Georg Gottlieb Michaelis, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, von der Schädlichkeit derselben, in eben der Sprache.
35. Andreas Winter, aus dem Halberstädtischen, der 1ten Ordnung, von der Besserung in der Lutherschen Kirche, durch den sel. Spener, nach welchem
36. Carl Heinrich Buchhorn, aus Halberstadt, der 3ten Ordnung, in deutschen Versen für geneigtes Gehör danken wird.

Am dritten Tage, auch Nachmittags nach 2. Uhr  
handelt

37. Ernst Ludwig Theodor Hallensleben, aus dem Hannoverschen, der 1ten Ordnung, von einigen Begebenheiten des 15. und 16ten Jahrhunderts, die Einfluß auf die Verbesserung der Schulen gehabt: deutsch.

38. Friedrich Christoph Jacobi, aus dem Hohensteinischen, der 1ten  
D 2 Ordnung,



- Ordnung, wird zwischen der jetzigen Verfassung der Schulen, und der vor hundert Jahren, eine Parallele anstellen, in eben der Sprache. Nach ihm
39. Christoph Friedrich Haberland, aus Wernigerode, der 1ten Ordnung, von zween großen Schulmännern reden, dem sel. Freyer und Kollin, deutsch.
  40. Friedrich Christian Carl Krebs, aus dem Halberstädtchen, der 1ten Ordnung, handelt von der allgemeinen Bemühung, das Schulwesen zu verbessern, deutsch.
  41. Christian Ernst Grasshoff, aus dem Halberstädtchen, der 1ten Ordnung, zeigt insonderheit die Bemühung, die man sich in der Catholischen Kirche zu dem Ende in Deutschland giebt.
  42. Christian Friedrich August Hennecke, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, redet von den Verdiensten des sel. August Hermann Franckens um die Schulen, deutsch.
  43. Heinrich Jacob Rudolph Voigtländer, aus Halberstadt, der 1. Ordnung, wird untersuchen, ob es gut sey, frühzeitig Wissenschaften in den Schulen zu treiben, deutsch.
  44. Heinrich Martin Leberecht Gotthilf Steinberg, aus Halberstadt, der 1ten Ordnung, ob Reichthum das Schulwesen blühend mache, in eben der Sprache.
  45. Gottfried Leberecht Limburg, aus dem Halberstädtchen, der 1ten Ordnung, zeigt den Einfluß, den die Gottseligkeit in die Schulen hat, deutsch.

46. Heinrich

46. Heinrich Matthias Friedrich Pbeling, aus dem Halberstädtischen, der 1ten Ordnung, redet von den Verdiensten der Engländer, um die Gelehrsamkeit und Schulen, englisch.
47. Johann Christian Fernegger, aus dem Anhaltischen, der 1ten Ordnung, schildert eine gute Schule in deutschen Versen.
48. Gotthilf Christian Lange, aus der Mittel-Mark, der 1ten Ordnung, betrachtet die Vortheile der öffentlichen und besondern Erziehung. D. P.
49. Johann Friedrich Leberecht Eisenberg, aus dem Cöthenschen, der 1ten Ordnung, handelt von der glücklichen Aussicht für die Schulen, deutsch. Worauf
50. Friedrich Ludwig Gottlieb Schlitte, aus der Mittel-Mark, der 1ten Ordnung, mit feyerlichen Wünschen beschliessen wird.

Ad quos audiendos ut frequentes adesse velitis, quotquot ludo nostro cupitis, iterum iterumque suppliciter & summa cum observantia, quam possum diligentissime contendo. Halberst.  
a. d. VII. Cal. Decembr. 1774.



## Text

zur

## Musik,

welche

am ersten Tage der Jubel = Feyer

Vormittag

aufgeführt werden soll.

Tutti. Es. 12, 5.

Lobset dem HERRN! Denn er hat sich herrlich bewiesen. Solches sey kund in allen Landen!

Recit.

Ja, Gültigster! auch wir  
 Lobset mit gerührtem Herzen dir;  
 Auch wir erkennen deine Huld, und treten  
 Vor deinen Thron, und beten  
 Mit Dank erfüllt dich an. Seit hundert Jahren  
 Hat unsre Schule es erfahren,  
 Daß du, Allmächtger! über sie gewacht:  
 Und daß sie lange schon gebühet,  
 Und noch bis jeso blühet. Wer siehet  
 Hieraus nicht deine Güte und Macht?

Aria.



## Aria.

Noch eilst du uns mit Lieb' entgegen,  
 Ziehst deine Hand nicht von uns ab :  
 Noch krönst du uns mit reichem Segen,  
 Blickst väterlich auf uns herab.

Nimm dafür heute von uns allen,  
 Allgüt'ger ! unsern heißen Dank !  
 Laß dir dies Jubelfest gefallen,  
 Hör gnädig unsern Lobgesang !


## Recit.

Nach in der künftigen Zeit  
 Erfrene uns mit deiner Gütigkeit !  
 Laß ferner deine mächtige Hand uns unterstützen,  
 Uns wohlthun, uns beschützen !  
 Auf allem unserm Thun  
 Laß deinen Segen ruhn !  
 Jahrhunderte laß diese Schule blühen,  
 Und ihre Lehrer  
 Dir immer brünstige Verehrer,  
 Und für den Staat brauchbare Bürger ziehn !

## Duett.

- 1) Sie sey ein Tempel ächter Tugend,  
 Wie müssen Laster sie entweyhn !
- 2) Die Lehrer müssen, nebst der Jugend,  
 Stets deinem Dienst geheiligt seyn !

Beide.



Beyde.

Alsdann verfliehet in Zukunft jeder Tag  
Für beyde sanft, und Segen folgt ihm nach.

- 1) Der Lehrer präge früh die Lehren  
Der Weisheit in des Jünglings Brust!
- 2) Der Jüngling müsse gern sie hören,  
Sie zu erlernen, sey ihm Lust!

Dann leben sie hier beyde sich zum Glück,  
Und denken einst vergnügt an sich zurück.

Tutti.

Dies alles wünschen, dies ersehen wir,  
O gut'ger GOTT! und hoffen es zu dir,  
Du werdest es, um deiner Gnade will'n,  
Wie wir gehofft, gewünscht, geseht, erfüll'n.



1 5. Dez. 1995

78 L 1245



ULB Halle

3

005 611 288







Ematz  
No. 2470

21

89

24

AD.

SOLEMNIA. SECULARIA.

STEPHANEI. HALBERSTADIENSIS.

PRID. CAL. DECEMBR. IPSIS. CAL; ET. POSTRID.

ORATIONIBUS. HABEN-  
DIS. CELEBRANDA.

DEMISSE. ET. OFFICIOSE. INVITAT.

DE,


FATIS. HUIUS. LUDI.

USQUE. AD. ANNUM. SEPTUAGESIMUM. QUARTUM. SUPRA. MIL-  
LESIMUM. ET. SEXCENTESIMUM.

PAUCA. PRÆFATUS.

CHRISTIANUS. GODOFREDUS. STRUENSEE.

REG. A. CONS. SACRIS. ET. STEPHANEI. RECTOR.



HALBERSTADII.

LITTERIS. DELIANIS. MDCCLXXIV.

